

ginaldus lib. 17. num. 2. Sanchez lib. 6. in Decalogum cap. 2. num. 3. Graffius part. 2. de ciu. lib. 1. cap. 14. num. 31. Tolerus lib. 8. cap. 14. num. 1. Bufæus in viridario verb. obedientia cap. 1.

Omissis varijs distinctionibus, quæ videri possunt apud peritos Doctores; Quæram ad rem nostram fat est, Duplex est Obedientia, vt D. Bern. de disp. & præcep. col. 5. Alia perfectionis, & alia necessitatis, quam sufficiens appellat D. Th. quod b. 1. art. 15. Perfectionis est illa, quæ obedit in omnibus, quæ contra Deum non sunt; de qua Bernard. de dispens. & præcepto in principio, *Perfecta obedientia legem nescit, terminis non arctatur, neque contenta angustijs professionis largiori voluntate fertur in latitudinem Charitatis; & ad omne quod inungitur spontanea vigore liberalis, alacrisque animi modam non considerans, in infinitam libertatem extenditur.*

Obedientia vero necessitatis est illa, quæ terminis regulæ, & videri coarctatur, de qua idem Bernardus eodem loco, *Is qui profertur, pondet quidem Obedientiam, quam tamen omnimodam, sed determinatè secundum regulam, nec aliam quam Sancti Benedicti; vt oporteat eum, qui præest, non fræna sua laxare voluntati super Subditos; sed præfixam ex Regula sibi scire mensuram; & sic demum sua imperia moderari, circa id solum, quod rectum esse constituerit; nec quodlibet rectum, sed id tantum, quod prædictus Pater instituit, aut certe, quod sit secundum quod instituit.*

Secundò, Diuiditur etiam Obedientia in materialem, & formalem, de qua D. Thomas 2. 2. q. 104. art. 2. ad primam; Materialis, nihil aliud est, quam executio cuiuscuque actus virtutis sub præcepto cadentis, etiam si non ea intentione expressè fiat, vt præceptum impletur, & hec Obedientia, non est specialis virtus, sed generalis, omnes virtutes comprehendens; cuius enim actus virtutis obligatorius, est obedientia huiusmodi; Formalis Obedientia est virtus inceptum Subditum ad exequendum superioris præceptum, vt Præceptum est, hac præcisa, & formali intentione; quia præceptum est, & hoc pacto est virtus specialis.

CAP. III.

De Necessitate Obedientia.

RO hoc capite videatur D. Thomas 2. 2. q. 104. art. 1. & q. 186. ar. 5. & opusc. 18. cap. 10. Caietanus ad loca D. Thomæ 2. 2. Valentia tom. 3. disp. 7. q. 3. punct. 2. & disput. 10. q. 4. punct. 2. Ledesma part. 2. summa, cap. 4. de Statu Religiosorum in communi, concl. 6. pagina mibi 133. Miranda to. 1. Manualis Prælatorum, q. 26. art. 1. Alvarez tom. 2. de vita spiritali lib. 5. par. 3. c. 3. Alphonsus Rodricq. part. 3. exercitij perfectionis, tract. 5. cap. 2. Sotus lib. 7. de iustitia, q. 5. art. 4. Ioannes Bufæus in viridario verbo Obedientia cap. 3.

Natura, sic illius auctore disponente, ita comparatum est, vt in quolibet genere rerum, quod cæteris supereminens, & antecelles inueniatur, cui reliqua subordinentur, & pareant. In ducenti patribus Angelis enim, vt à superiorum ducamus) quandam esse naturalem subordinatorem prælationis, & subiectionis docet D. Thomas prima parte q. 108. art. 4. & illo prius Dionysius de celestij Hierarchy cap. 7. Cæli primi mobilis ditioni subiacent: inter planetas alij præferat Saturnus; Inter elementa, Ignis quasi Princeps, & caput super omnia collocatur: Hominem cunctis animantibus terræ, piscibusq; maris præfess, sacra testatur Genesis cap. 1. *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, & præstet piscibus maris, & volatilibus cæli, & bestijs inuicem, & terræ, omnia, reptilib; quod mouetur in terra, in cuius domini manifestissimum signum, nullum est reperire animal vtrumque, ferrox, quod hominis in dustria non mansuecat, & ciuitatis, etque humiliter non subiacat: Inter vtilitatis Aquilam primas temere, testatur Pterius Valerianus lib. 19. c. 1. quod prius cecinerat Pyndarus in Olympijs: Leonem animalium terreftrium regem, ac ducem appellat scri-*

ptura Prouerb. trigesimo: Inter æquiuoca cæteris magnitudine corporis, & potentia virtutum præstat Balæna, de qua dicitur Genesis 1. *Creauit Deus ceti grandia,* In singulis etiam animalium speciebus suos esse Reges, & Dominos, docent secretorum natura Indagatores: Elephanes congregati, semper incedant, iusq; maximus est natus, gregem ducit, vt scribit Pterius lib. 2. cap. 2. De apibus mira Virg. 4. Georgicorum.

..... Ipse regem, paruoque quiritis Sufficit, anlaque, & cetera regina refugit.
Sed huiusmodi relatijs, inferni enim claustra penetremus securi: Nonnè Dæmones Dæmonibus præstant? Equidem! Colligitur enim manifestè esse illo Matthæi 9. in Principe Dæmoniorum eiecit Dæmonia; quamuis esset falsissimè sit, quòd Christus Dominus (vt ipse mibi probat) In Principe Dæmoniorum eiecerit Dæmonia: tamè verum est, quòd illi subintelligitur, quòd scilicet in Dæmonijs sit aliquis eorum Princeps; Hoc enim non tantum Christus non negauit; sed & affirmare insinuat dum Sathanæ regnum in Dæmonibus reperit contra Pharisæos ibi arguendo, supposit; Docet etiam D. Th. prima parte q. 109. art. 2. & Apocalyp. 12. Draco pugnahat & Angeli eius, & alia plura huius generis habentur in scriptura; Quare Glossa prima Corinth. 15. ait. *Quantum durat Mundus, Angeli angelis; Homines hominibus; & Dæmones Dæmonibus præstant.*

Ad quæ omnia conualidanda, irrefragabile habeo Hieronym. testimonium in regula Monachorum, quam ex suis scriptis collegit Lupus de Orniaco cap. de Obedientia, vbi ait, *neque ipse te doceas, nulla ars abque magistro discitur, Etiam muta animalia, & ferarum greges auctores sequuntur suis. In apibus principes sunt, heres quæque vnam sequuntur ordine literato (id est per aciem forinato agmine in modum literæ Y, dicuntur) Imperator prius; Iudex vnius Præuincia; Roma vt condita est, duos fratres simul reges habere non potuit, & parricida deditur; In Rebecca vtero Iacob. & Esau bella gesserunt; singuli Ecclesiarum Episcopi, singuli Archiepiscopi, singuli Archidiaconi, & omnis ordo Ecclesiasticus suis Recltoribus nititur; In nauis vnus Gubernator, In domo vnus Dominus; in quouis grandi Exercitij, vnus signatus expectatur, & ne plura replicando, legentij falsidum faciam, per hac omnia ad illud tendit error, vt doceam te, non tuo arbitrio relinquendum; sed viuere debere in Monasterio sub vnus disciplina patris, hucusq; Hieronym.*

Quæ omnia attentè perpendens, Sanctus ille eximius silentij cultor, & Castidissimus Patriarcha Brunus lib. 1. Hom. 10. in hac prorupit; *quid vni dicent Monachi inobedientes; cuius voluntates facientes, ac per hoc Deorum placentes; cum tota Monachorum religio ab obedientia sit, cum viderint non solum rationales creaturas, sed Angelos, & homines, verum etiam, quæ sensu, & ratione carent, Domini obedire voluntatis; Celi enarrant gloriam Dei; ventis; & vni; & mare obedunt ei; & omne lignum dabit fructum in tempore suo.*

Ex quibus omnibus colligit D. Tho. 2. 2. q. 104. artic. 1. Obedientiam necessitatem, & hominum hominibus subiectionem, sicut enim actiões rerum naturalium procedunt ex potentij naturalibus, & in istis oportuit inferiora moneri, & regi à Superioribus, per excellentiam naturalis virtutis, illis diuinitus collatæ; Ita operationes humane procedunt, ex humana voluntate, & in istis etiam oportet, quod superiores moueant, & regant inferiores per suam voluntatem, id est per præceptum, ex vi auctoritatis diuinitus ordinate: Quam rationem optimè explicat Valentia tom. 3. disp. 7. q. 3. punct. 2.

Hæc cum ita sint, nulli inest, vt puto dubium, quin in Religionibus necessaria sit huiusmodi subiectione inferiorum ad superiores, quoniam maxime in illis requiritur Obedientia Subditorum erga Prælatos; id enim etiam, atque etiam postulat ordinatus ille ordo, (à quo ordinis dicitur) quo viuunt, & suaq; moderantur: Oratio enim vt Nazianzenus ait, oratione de modest. in disp. habenda, in Ecclesijs, constituitur, vt alij ones sint, alij pastores, alij presbiteri.